Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35053
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



-CLxxxv

eos possit hec in celo / ut precep
ta quibus ad regnum dei per
ueniant viuacius ipsa fami
liaritate commendat / quid enim
fres mei quid sibi volt. Horum
coniunctio verborum qua dicitur apparens
eis et loquens de regno dei /
et conuescens nisi quia patenter ostendit
quod ad hoc maxime coniunctui
sociebatur eorum cum de regno dei
loqueretur ut terrenas inter eos
sumens epulas quibus celeste
suum corpus monstrabat / arcius
eos vinculis sue caritatis obli
garet atque illius temporis memo
ria roboraret / de quo eis ante
passionem suam promittendo pre
dixerat. Et ego dispono vobis
sicut disposuit mihi pater meus
regnum / ut edatis et bibatis
super mensam in regno meo =
Merito ergo sacra sanctis diebus
hiis nos quoque maioribus epulis
atque ymnis celestibus vocamus
obreuerentiam nimirum dominice re
surrectionis ob memoriam domini
conuictis cum discipulis suis et
obspem future nostre quietis
ac vite in mortalis. Sed et genu
in oratione minime iuxta morem
flectimus quia pro certo genuum in
flexio / penitentie et luctus iudicium
est. Quod et iam omnibus dominicis
diebus obseruandum propter eiusdem
resurrectionis ut dominice ut nostre
sacramentum patres instituerunt. De
sacramento autem quinquagenarii
numeri multiplicatur a patribus dis
putatum est. Sed nos quia in longum

duximus sermonem breuiter mo
fraternitati vestre dicere satis est /
quod recte ieiuniorum cerimonie
quadragenario numero dierum ob
seruentur ut scilicet per hoc insinuetur /
quod toto huius vite tempore pro eterne
vite perceptione laborare debe
amus. Quater enim decem quadra
ginta sunt. Et vita presens congrue
quaternario numero figuratur / ut quia
quatuor annuis temporibus tota va
riatur ut quia mundus ipse quo
viuimus / quatuor elementis subsistit
videlicet igne aere aqua et terra /
future autem vite beatitudo dena
rio numero non inconuenienter exprimitur
Hinc est enim quod dominus operarios
vinee denario remunerator esse
perhibet. Operarii quippe vinee
cultores sunt ecclesie sancte / dena
rius autem vite celestis perfectionem
designat in qua gloriam domini
summi videlicet regis speculan
tes in eandem ymaginem trans
formantur / non quidem solum in eo
quod regis ymaginem habet et
inscriptionem / verum et iam in eo
quod decem obuit qui est perfectus
numerus constat vnum et nomen ac
cepit. Recte ergo quadragenario
hoc est quadragenario dierum numero
ieiunium anime celebramus / ut
per hoc specialius amoueamur
quia quam diu viuimus in mundo
pro celestium premiorum adeptione semper
laborare debeamus. Recte et iam
quinquagenario dierum numero sta
tum future nostre beatitudinis ymagine

Quare non ieiunatur inter
pascha et pentecostes et genu
non flectitur

197